

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam insignium memoriam in menses diesque ...

Nádasi, János Antverpiae, 1665

Index Memorialis Mensivm, Et Diervm Qvorvmdam Memorabilivm Societatis Iesv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

D E

MEMORIALIS MENSIVM,

ET DIER VM Q VOR VMDAM

MEMORABILIVM

SOCIETATIS IESV.

I. IANVARII.



Odie de Christo E-uangelium Lucæ z. ait: Vocatum est nomen eius Iesus. S. Ignatius condidit Societatem, & ab hoc nomine Vo-

catum oft nomen eius Societatis Iesu, sic vocante illam Ignatio; idque nomen probantibus summis Pontificibus, & Concilio Tridentino. Vnde Gregor. XIV. in Bulla Ecclesie Catholice & c. ait Nomen Societatis 1efu, quo laudabilis hic ordo nascens à sede Apostolica nominatus est, & hadenus insignitus, perpetuis fuiurus temporibus in ea retinendum esse.

Hoc Issv nomine gaudet Farnefianum Domus Prof. Romanæ templum. Eius portæ sunt ex arbore Indica è syluis Cocinensibus, quam Angelicam vocari aiunt, quæ dicitur nunquam consenescere, ac firma esse contraimbres. Missa verò est Romam à Rege Lusitania.

3. IANVARII.

Anno 1634. 3. Ianuar. persanatus est

Marcellus Mastrillus; Xauerio seilli diu spectabilem exhibente, & conceptis verbis, confuetam votorum simplicium Societatis Iesu formulam ita recitante, vt Mastrillus, eo præeunte illam totidem verbis pronunciaret; vti dixi hic 17. Octobris. Vnde illi formula nouum è cælo decus accessir, quòd à Sancto de cælo veniente sit pronunciata, & velut consecrata.

5. IANVARII.

Anno 1586. 5. Jan. Sixtus V. extendit facultatem erigendi scholarium Congregationes in Collegiis, etiam ad alias non scholarium Congregationes, erigendas & aggregandas in quibuluis Soc. locis.

7. IANVARII.

Anno 1646. 7. Ian. Vincentius Carraffa ritè electus est in Præpositum Generalem Soc. Iesu de quo 8. Iunij hic.

12. IANVARII.

Anno 1544. 12. Ian. S. Xauerius Co-Nepoli à S. Francisco Xauerio, P. cino Societati Romam scribit de mi-ZZZ



11ico

im. tis, cro nte

beme, mes

0111-4m; ca-

olo, 10afa- Encharift.

Eu-VIılo,

ba-

co-

riis

juz

Ec-

ac

0 6-

au-

co-

ro,

17E-

eru-

分点

cie-

um

re-

m-

144

ris cæli deliciis quibus inter Apostolicos illos labores perfundebatur.

14. IANVARII.

Festum S. Felicis Nolanorum patroni: è cuius corpore latex (manna vocat) facer & faluber manauit noctu, Dominica 4. Aduentus anno 1558. quo die primuin Societas Nolam ingressa, ingenti nobilissimæ vrbis gratulatione accepta est. Persuasum autem habent ciues; laticem illum S. Felicis, quoties manat felicitatem nunciare.

17. IANVARII.

Anno 1657. 17. Ian. Alexander VII. Pont Max, dedit Breue ad Remp. Veneram de Societate Venetiis receptà.

21. IANVARII.

Soe. Præpofitum Generalem Alexander Gottifredus de quo dixi 12. Mar-

25. IANVARII.

Dies S. Pauli conuerfi; qui (vt habet Io. Euseb. Nierembergius in vita . plum est pacis : magnaque libertate B.Borgia I. s.c. 21. pag. 316.) P. Ioanni Fernandez ad concionem dicturo, & iam eunti dixit Latine: Eia, Ioannes, esto bono animo: ambo enim hac horâ simul concionabimur. Et eâ totâ hora ei adfuit præsens in pulpito.

Anno 1540. 25. Ian. Londini natus est Edmundus Campianus, de quo dixi1.Decemb.

27. IANVARIL

Anno 1545. 27 Ian.S. Xauerius Cocino Societati Romam scribens, ait; spatio mensis vinus, à se plus quam decem mortalium millia baptismo expiata,

29. IANVARII.

Anno 1552. (qui fuit supremus eius vitæ) S. Xauerius 29. Ian. Cocino Romam ad S.P. Ignatium literas dedit, cum hac infcriptione foris (quam in archino Romano vidi) manu suâ in hæc verba: A my en Christo Santo Padre Ygnatio. id est: Meo in Christo Sancto Patri Ignatio. Tota epistola est ipsius Xauerij manu scripta.

I. FEBRVARII.

B. Franciscus Borgia, tum adhue Dux Gandiæ, Professus est vota Societatis è formula quæ seruatur in archiuo Rom. Dixi de illo 1.Oct.

8. FEBRVARII.

Hoc die celebratur in Martyrol. Anno 1652, 21. Ian. electus est in Francisc, memoria B. Ioannis Texedæ; qui B. Francisco Borgiæ author fuit, vr Societatem Ielu ingrederetur. Idem B. Ioannes de S. Ignatio fibi noto, ita loquitur : Ignatius ad se accedentes, aspectu ipso solatur, verbis animum fatiat, confiliis explet: temspiritus emnia perficit. Vide plurade illo in Nierembergio vitæ B. Borgiæ l.1. c. 28. Aiebat idem Societatem à Deo amari eò impensius quò plures eam infectabantur.

9. FEBRVARII.

Anno 1621. 9. Febr. electus in summum Pont. Gregorius XV. Ludouifius, qui BB. Ignatium & Xauerium in Sanctorum catalogum rite retulit.

19. FEBRVARII.

Anno 1581.19. Febr. Claudius Aqua-

ralem Societatis Iesu ope Beatissimæ Virginis S. Bernardi, & S. P. Ignatij. Vide 31. Ian.hic.

23. FEBRVARII.

Anno 1526.23. Febr. natus est Gonsaluus Silueria. De quo 15. Martij hic.

25. FEBRVARII.

Romæ anno 1588. 25. Febr. in Bafilica Lateranenfi, prima tonfura initiatus est B. Aloysius Gonzaga, cum Abrahamo Georgio Maronita, & alris. 28 Febr. oftiarius; 6. Martij, Lector; 12. Martij exorcista; 29. Martij Acolythus est inauguratus.

VLTIMA FEBRVARII.

Anno 1973. data est Societati à Gregorio XIII. Max. approbatio, & noua concessio facultatum, horas canonicas extra chorum recitandi, & facros ordines post emissa vota, etiam ante professionem fuscipiendi.

1. MARTII.

Anno 1579. r. Martij, prima quam Societas habuit vniuerlitas erecta est Gandia à B. Francisco Borgia.

3. MARTII.

Anno 1590. 3. Martij B. Aloysius Castilione ad concionem dixit, ardore ac efficacitate tanta vt necesse fuerit Sacerdotes, & religiosos totam eam noctem audiendis confessionibus distineri.

Anno 1591. 3. Martij idem B. Aloysius Romæ supremum æger decubuir. Anno 1599.3. Martij Robertus Bellarminus, meru anathematis & poxæ

uiua electus est in Præpositum Gene- lethalis intentato, flens, coactus est à Clem. VIII. purpuram induere. Pontifex de illo ad Collegium Cardinalium in hæc verba est prolocutus: Hunc eligimus, quia non habet parem Ecclefia Dei quoad doctrinam; & quia elt nepos optimi & Sanctiffimi Pontificis; nempe Marcelli II. auunculi.

9. MARTIL

Anno 1568. (quo ipío anno Roma 15. Augusti mortuus est B. Sranislaus Kostka Soc. Iesu Nouitius) natus est 9. Martij velperi paulò ante fignum salutationis Angelicæ (siue quarta horæ parte ante horam vigesima quar-tam) in arce sua Castilionensi, feria tertia, B. Aloyfius Gonzaga Ferdinandi Marchionis Castilionensis S.R. Imp. Principis primogenitus. Natus, horam ipsam tacitus iacuit, & immotus : postea vnico vagitu edito, conquieuit. Cum vero Aloysij Mater in partu illo periclitaretur; in desperatione opis humanæ, voto ad B. Virginem Lauretanam vna cum nascente prole visendam suscepto, breui periculum omne depulsum est, & Aloysius natus est ope Dei Matris. Natus verò est iam baptismi Sacramento expiatus, quod olim S. Mechtildi nascenti euenerat. Etenim cum vrgeret periculum, se fine baptismo è vita decederet, ab obsterrice baptisatus est prius quam toto corpusculo editus fuisset in lucem.

12. MARTII.

Anno 1622, 12. Martij B. Ignatium Fundatorem, & B. Franciscum Xauerium Indorum Apostolum, in Sanctorum Confessorum album rite retulit Gregorius XV. Pont. optimus, ma-

Anno 1658. 12. Martij S. Franciscus ZZZZ Xauerius

ius

0-

lit,

in

in

dre

cto

lius

nue

So-

ar-

rol.

xe-

hor

tur.

no-

ce-

rbis

m-

tate

ade

giæ

m à

ures

ım-

oui-

um

ilit.

na-

nua

Xauerius Macerate Alexandrum Philippuccium, Societatis Iesu Scholasticum, depositæ valetudinis, persanauit miraculo repentino; quod Papirius Siluestri Episcopus Maceracensis ritè examinatum approbauit, & ibidem typis vulgari permisit.

13. MARTII.

Anno 1533. 13. Martij Parisiis in Collegio S. Barbaræ, S. P. Ignatius, completo Philosophic cursu, ciusdem laurca insignitus est doctor.

15. MARTII.

Anno 1530. 15. Martij S. Franciscus Xauerius Paristiis Philosophiæ Magister creatus, eandem per tres annos cum dimidio, præcipuâ ingenij commendatione professus est.

16. MARTH.

Anno 1540. S. Xauerius à S. P. Ignatio Roma: 15. Martij monitus pro Indico itinere adornando, 16. Martij. Româ discessit.

17. MARTII.

Anno 1652. 17. Martij Gosvvinus Nickelin Societatis Præpositum Generalem electus est.

21. MARTII.

Anno 1540. S. Franciscus Xauerius in Indiam prosecturus, 21. Martij, Laureti in sacro illo Deiparæ sanctuatio sacris operatur, & Legato Lustrano, ac aliis itineris comitibus, diuinam Eucharistiam impertit.

24. MARTII.

Anno 1522. In Monte Serrato 24, Martij S P. Ignatius de Loyola ad celebrem illam Dei Matris imaginem, factà diligentiffimà de vire totius peccatis exomologefi, donatis vespere pauperi suis vestibus, sacco indutus, sune præcinctus, more nobilitatis antiquæ peruigilium armorum ad aram Virginis totà hac nocte peruigil, orauit, arma Deiparæ aris, seipsum Virginis obsequiis dedicauit nunc erectus, nunc ad altaris pedem in genua prouolutus.

28. MARTII.

Idem S. P. Ignatius diluculò sacra synaxi refectus, equum suum conobio donauit, & pauperis peregrini cultu discessir, alius ab eo qui istuc appulerar.

Anno 1661. 25. Martij Romæ edita est encydica parenesis Ioannis Bapt. de Marinis Generalis Magistri Ordin. Prædic. in qua horratur vniuerfum Ordinem Prædicatorum, vteuminclyta Societate IES v sit illis virimque anima una, & cor unum in Domino: Laudatâ ctiam hanc in rem admonitione 4 Capituli Generalis Valentini, anni 1591. & ordinatione 21. Capituli. Generalissimi Romæ anno 1644. habiti: & ibidem anni 1656. confirmatione decima. Vbi prænaricatores huius legis mox ipso fado incurrunt, & incurrisse declarant ur prinationem viriusa, vocu, graduum, & officiorum cumperpetua inhabilitate, quam solus Magister Ordinis, vel Capitulum Generale auferre possit. Provinciales quoque, & aly Superiores quicunque has pænas transgressoribus infligere dissimular int, à suis officies absoluantur. Itaibi. Seruatur hacepistola in archino Domus Profess. .4. APRL Romæ.

APRILIS.

Vide Ital.

24,

ce-

m,

ec-

ere

us,

ın-

am

ra-

ir-

re-

lua

crâ

10-

ul-

ip-

ma

in.

ım.

in-

que.

10:

ni-

nle

ulk

12-

113-

nu-

in-

 u/q_{t}

rpe-

ister

fer-

Su-

Mo-

ficilia

ce-

RL

Anno 1600. 4. Aprilis Florentia B. p.3 c.3, pag. Maria Magdalena de Pazzi vidit gloriam B. Aloysij Gonzagæ, & dixit in mensis excessu Italice: O quam gloriam habet Aloysius filius Ignatij! Nunquam id credidissem, nisi mihi oftendiffer meus IEsvs ! &c. Ego di co quòd Aloyfiolus fit magnus fan-Etus. &c. Vellem posse proficisci per totum orbem, & dicere quod Aloyfius filius Ignatij fit magnus Sanctus; & vellem posse ostendere illins gloriam vnicuique, vr glorificaretur Deus. Haber tantam gloriam, quia operabatur ab intrinseco. Quis postet vnquam explicare pretium & vim operum internorum. Non possunt cum externis interna conferri. Aloyfius cum ellet in terris, tenebat os apertum ad aspectus verbi; & idcircò habet tantam gloriam. (id est, parebat inspirationibus bonis.) Aloysius fuit Martyr incognitus, quia qui amar te Deum meum, nouit te effe tam magnum, & infinite amabilem, vt magni martyrij instar ei sit videre quod te non amet, quantum suspirat & desiderat te amare ; & quod à creaturis non cognoscaris, nec ameris, imò quod offendaris. Eriam ipse seipsum Martyrem faciebat. (nempe per moruncationem.) O quantum amauit in terra; & ideired nune in calo gauder ac fruitur Deo in magna quadam plenitudine amoris. Sagittabat (id est crebris actibus diuini amoris, velut fagittis in celum missis amabat) cor Verbi, quando erat hic inter mortales & nunc, dum iam est in cælo, sagittæ illæ conquiescunt in corde illius, quia ijs quæ merebarur per actus amoris, nunc fruitur. Cum autem Beata hæc viderer quod gloriosus Aloysius oratet pro ijs à quibus olim in vita ali-

quid adiumenti acceperat ad proficiendum in spiritu; dixit: Ego quoque connitar vt iunem animas : vt vbi carum aliqua in cælum abierit, pro me oret; sicut facit Aloysius pro illis à quibus in terra est adiutus. Amen.

5. APRILIS.

Anno 1523. Ignatius Roma nobilis. Relatio faperegrinus ab Adriano VI, Pont. Be- fiftorio p.7. nedictione suscepta, Venetias primum deinde Hierofolymam contendit.

7. APRILIS.

Anno 1541. in Indiam foluit è Lufitania S. Xauerius.

to. APRILIS.

Anno 1585. 10. Aprilis moricur Gregorius XIII. Pap. Max. Collegij Romani Fundator, & Pater. Vnde quotannis ibidem celebris de illo habetur panegyris.

10. APRILIS.

Anno 1541; S. P. Ignatius creatur Societatis I Es v primus Præpolitus Generalis.

21. APRILIS.

Anno 1541. S. P. Ignatius Roma vna cum Sociis visit septem Ecclesias: in quarum vna, quæ est S. Pauli, ad aram B.V. ipfe, ac Socij in eius manibus, Solennia Professionis vota ritè nuncuparunt, Tum per 46. dies in templo Domus Profesforum, quod S. Mariæ de Strada nuncupabatur, do-Arinam Christianam docuit S. Ignatius iam Præpofitus Generalis.

Anno 1612 22. Aprilis Gregorius XV. Pont. Max. Carolo de Lorena. ZZZ3 Epilco.

Episcopo Virdunensi facultatem ve So cierati nomen dare posser perenti, eam concedens ita scribit in Breui ad eum hac die expedito : Quod igitur Reip. Christianæ bono fiat, abiectis humanarum curarum, opumque impedimentis, proficiscere ad eam sacræ militiæ Societatem, Catholici nominis defensione, & hæreticis excidiis clarissimam : quam quidem quanti nos faciamus, duo illi Christiani Imperij propagatores Ignatius, & Xauerius Sanctorum cognomento nuper à nobis aucti, cunctis terrarum Prouinciis, fæculorumque ætatibus declarabunt.

7. MAIL

Anno 1539.7. Maij fuit dies Conuersi ad longè maius Sanctimoniæ studium B. Francisci Borgiæ Ducis Gandiæ, viso Isabellæ Imperatricis cadauere. Hoc die Francisca de Iesu Gandiæ Sanctimonialium Præsecta pro nepote suo Francisco Duce Borgia orabat, & vidit Franciscum velut coram Christo Cruci assixo prostratum, ac petentem veniam peccatorum. Er Christum Francisco supplici manum porrigentem, auxilium promittente, ac cum subleuantem.

8. MAII.

Anno 1543. P. Petrus Canifius hoc narali suo die quo ante annos 22. natus suerat. Societatem amplexus est, Germanorum primus, Colonia.

10. MAIL

Anno 1616. 10. Maij prohibitus est liber cui titulus: Monita priuata Societatis Issy.

II. MAII.

Anno 1647. P. Vincentius Caraffa Præp. Gen. literis ad Prouinciales datis, ait decretum 21. Congregationis de pileo clericali à Coadiutoribus temporalibus non gestando, à Cardinalibus iussu Pontificio congregatis expensum, & tum ab illis, tum postea ab ipso Pontifice, dato Breui Apostolico, fuisse confirmatum.

is. MAII.

Anno 1544. Venerabilis Carthufianorum ordo, datis ad S. P. Ignatium literis 15. Maij, Societatem impensè laudat, eique piorum fuorum exercitiorum omnium participationem concedit.

18. MAII.

Anno 1653. 18. Maij. Neapoli in facello S. Xauerij, quod est in templo Domus Professorum, S. Francisci Xauerij coram Deipara slectentis imago visa est oculos nunc sursum erectos, nunc deorsum deiectos habere, ac vultu velut mortuali mœrorem præsestre. Alius in eiusdem fronte facem stellæ instar collucentem, alij alia vidêre: de quibus longum testium omni exceptione maiorum, quorundam etiam iuratorum, catalogum vidi.

20. MAH.

Anno 1521. 13. Kal. Iunij qui fuit Feria z.Pentecostes, Ignatius Loyola Pompeiopolim fortissime desendens, murali pilâ, excussoque ab ea lapide læsus in pede, Sanctioris militiæ Dux factus est sub vexillo nominis IESV, condita postea Societate IESV.

25. MAII.

25. MAIL

Dies B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Florentinæ Carmelitanæ, quæ B. Aloyfij gloriam vidit, & miffi ad fe à Beatiffima Virgine S.P. Ignatij exhortationem de humilitate audiuit.

26. MAII.

Festum S. Philippi Nerij, qui vultum S. P. Ignatij cælesti luce radiantem vidit; & eum, tanquam summu etiam in arte orandi Magistrum, summo in pretio habuit.

8. IVNII.

Anno 1622. Indulgentia plenaria perpetua pro festis SS. Ignatij, & Xauerij à Greg. XV. concessa in templis Societatis Iesu.

24. IVNII.

Anno 1537. S. Ignatius, Xauerius, & alij quidam è primis sociis, Venetiis sacris initiati sunt ab Episcopo Arbensi.

27. IVNII.

Anno 1537. 27. Iunij. Veneriis Ignatio de Loyola, & Sociis datum testimonium ordinum collatorum ad titulum scientiæ, ac voluntariæ paupertatis.

28. IVNII.

Anno 1521. Supremis ad mortem Mysteriis 28. Iunij communitus Ignatius, nocte proxima (quam vel salutarem, vel decretoriam expectabat) à S.Petro Apostolo visitatus est, aspectu secreatus, & persanatus.

z. IVLII.

Anno 1558. 2. Iulij P.Iacobus Laynez electus est in Præpositum Generalem Soc. Iesu.

Anno 1565. B. Franciscus Borgia hoc codem die creatus è Vicario Præpositus Generalis pedes omnium osculatus, omnes slexis genibus est amplexus.

3. IVLII.

Anno 1642. 3. Iulij Coloniæ pie decessit Maria Medicea Regina Francie, è cuius destinatione Ludouicus XIII. Rex Christianissimus, eiusdem filius, Collegio Coloniensi donauit Rosariu seu Coronam quâ olim vsus fuerat S. Franciscus Xauerius. Cum sua Majestas ex Hollandia in Angliam nauigaret, in periculosa turbati maris tempestare, P. Suffrenus Reginæ Confesfarius, dictum S. Xauerij rofarium manu tenens, Mari immisit; & Mare tranquillatum est, manisesto Dei per S. Xauerium beneficio. Videri de hoc potest Ægidius Gelenius de facra & ciui li magnitudine Coloniæ lib.3. syntagmate 46. num, 23. pag. 511.

s. IVLII.

Anno 1537.5. Iulij Hieronymus Verallus Legatus in Venetiis in testimonio quod dat Ignatio de Loyola in artibus Magistro, inter alia sic habet: Volentes te,ob præclara virtutum dona, ac sacrarum literarum peritiam, quibus te nouimus insignitum, beneuolo sauore prosequi &c. tum dat illi sacultatem sacras literas interpretandi, concionandi, confessiones audiendi &c. Ita sexuatur in Archino Romano.

fa

2-

is

us

tis

ea

1-

m

0-

lo

10

S,

ac

e-

m

0-

m

ir

la

5,

le

11

Y,

II.

7. IVLII.

Anno 1571. à Pio V. Pont. Maxide. claratur Societas Tefes ex instituti sui ratione Mendicans ; aliifque Mendicantium ordinibus connumeratur, & priuilegiis æquatur.

8. IVLII.

Anno 1623. 8. Iulij moritur Gregorius XV. Pont. Opr. Max, Ludouifius, qui SS. Ignarium & Xauerium Sanctorum tabulis rite adscripfit.

TL. IVLII.

Anno 1631, 12, Iulij. Anna 19, annos nata clauda virgo, manifesto S.P. Ignatij miraculo repente perfanata est Monachij; posteaquam illi, die S. Iacobi, S. P. Ignatius apparuit in facrificali veste, altera manu SS. lesv nomen, altera librum tenens. Fusius hæc narrat, ac examinata rite probat Vitus Adamus Episcopus Frisingensis, vepatet in narratione eius nomine rypis vulgata Monachij anno 1631.

15. IVLII.

Anno 1770. 15. Iulij S. Theresia P. Ignatium Azeuedum, & Socios 39. ab hæreticis occisos, vidit in cælo, Martyrum coronis illustres. Ita Yepes Episcopus in eius vita, & idem hæc inratus affirmatin Processibus, vt habet Iosephus Totius in informatione de illis impressa Romæ pag-31.

Bodem die (vt15. Iulijhîc dixi) cæfus est cum focis P.Rudolphus Aquauiua; de quo Greg. XIV. Pont. Max. anno 1590.ad Octanium Aquauiuam, Cardinalem, Rudolphi germanum, in hæc verba scripsir: Rudolphi, qui Superioribus annis pro fide Catholica apud

Indos mortem constantissimè pertulit, frater Germanus existit.

16 IVLII.

Anno 1619.16. Inlij Compluti Chri-Stophorus de la Camara y Murga Vicarius Generalis Archiepisc. Toletani, typis vulgari permifit, probatum à se miraculum particularum seu formularum 23. Sanctiffimi Sacramenti; quas cum impij Mauri effudiffent, Catholicus quispiam ad P.Ioannem Iuarez Societ. Issv detulit; & dixit, eas este hostias consecratas, ac à Mauris ex argentea theca effufas. Hæ in Collegio Complutensi seruata sunt integræ víque ad annum 1619, per annos plus quam viginti duos. Hac enarrationeibid.typis data.

22. IVLII.

Anno 1567. 22. Iulij Claudius Aquauiua Romæ ad Societatem admifsus est.

27. IVLII.

Anno 1609. 27. Iulij datuma Paulo V. Pont. Max, decretum de beatificatione, officio, missa B. Ignatij S. I. Fundatoris.

30. IVLII.

Anno 1627. Imago Crucifixi , coram qua olim orans mira viderat S. P, Ignatius Manresæ ad einsdem antrum (in quo seuerissimam vitam duxerat) translata 30. Iulij, in vigilia S. Ignatij, sanguinem rubicundum velut è viuo corpore fudit, potissimum d vulnere lateris.

Calari in Sardinia 30. Iulij (vr Efcobar , & Engelgraue Panthei parte 2. pag. 53. affirmant) infans hactenus

non locutus, diserte dixit : Crastina die S. Ignatij solennia celebrantur.

31. IVLII.

Anno 1548. Paulus III. Pont. Max. Farnesius, rogatu Francisci Borgiæ Ducis Gandiæ, Exercitia S. P. Ignatij examinari curauit, & 31. Iulij approbaut; vocans ea pietate ac sanstitute plena, & ad adiscationem, & spiritualem prosectum sidelium valde vitila & salubria. ait ea esse maximum adiumentum ad fructus vberes quos Societas in Ecclesia Dei vbique gentium producere non cessat. Hic est primus liber impressus in Societate Iesv.

2. AVGVSTI.

Ludouicus Card. Ludouisius templum pro Collegio Romano Soc. Iesu, S. Ignarij nomine, iacto ab se primo lapide fundauit 4. nonas Aug. 1626.

Anno 1647.impressum est officium S. Ignatij Conf. quod 2. Augusti celebrat, ac Ambrofiano Calendario inferrum habet Mediolanensis clerus. In nobili eius vitæ compendio, lectione 3. dicit, Ignatio S Petrum, deinde B. Virginem, apparuisse; Iesum sibi patrocinium illis verbis spondentem prope vrbem audisse : Ego vobis Roma propitius ero: Minorestæ delineationem Societatis Iesu cælitus accepisse. Oratio, qua præter ordinariam vtitur,est hæc: Deus qui B. Ignatium Confessorem, gloria tua propagatorem eximium, Societatis lesu Fundatorem effecisti; concede propitius, vt eo intercedente, calestisgloria tua participes esse mereamur. Per Dom.

10. AVGVSTI.

Decima die Augusti, anni 1663. Panormi Franciscus Castiglia Panormitanus, Soc. Iesu religiosus Scholasti-

cus, cum animam propè iam agerer, vilus fibi est coram tribunali lucis immensæ aspici benigno vultu a præsentibusistic Deipara, S.P. Ignatio, & S.P.Xauerio : etiam Angelo custode in lectulo iacentem velut complexo. & ei loquente de SS. Eucharistia pie accepta. Accessit ægri lectulum ex alto propius S. Rosalia V. &; Francisce, aiebat, moriendum tibi nunc erat: & ego tibi obtinui à Deo sanitatem, si eam velis, erit illa ad maiorem Dei gloriam. Fac votum eo modo quem ego tibi dictabo. Tum Latine in hæc verba præibat; ægro quoque ita fingula pronunciante ve ab illa audiebat: Voueo me seruum tuum in vita mealaudem & gloriam tuam promoturum in vniuerso mundo. Adiecit Sancta Italice: Venies ad meum antrum pedes; ac sacra communione piè reficieris. & attende vt impleas id quod est ad maiorem Dei gloriam. Et post paucas Iam, inquit, sanus es. ac videri desiit; Francisco ita sano relicto, ve nullum doloris, vel debilitatis vestigium persentisceret. Hæc omnia fusè descripta, examinata, & ab Illustrissimo ac Reuerendiss. Panormitano Archiepiscopo Petro Martinez ritè approbata, typis variis non semel edita, pro concione laudata, æri Panormi ac Romæ incila, ac mihi ab ipso Francisco Romæ particulatim narrata funt.

13. AVGVSTI.

Anno 1647. 13. Augusti Alexander Caccia Episcopus Pistoriensis, solenni ritu primum lapidem posuit templi, quod in Collegio Societaris Iesu liberalis nobilissimæ Pistoriensium vrbis pietas S. Ignatij Loyolæ honori fundauit. Hoc templum idem Episcopus gemmam Pistoriensium coronæ & gloriæ appellauit: multa in Societatis laudem diserte dixit vir 86. annos na-

i;

-

1-

IS

is

S

o-S.

ın-

u-

S.

luc

ıċ

31-

rte

us

Caparicus

wire Late

Hb.1 C. 19.

tus, quæ omnia ibidem Italicis typis vulgata funt.

is. AVGVSTI.

S. Ignatius cum Sociis anno 1534. Parifits in monte Martyrum Deo se per prima vota deuouit per Dei Matrem: anniuersario deinceps vota instautandi more seruato.

Anno 1549. S. Xauerius 15. Augusti

in Iaponiam est appulsus.

Anno 1783, B. Aloysius ætaris suæ anno decimoquinto & dimidio, Madriti hoc die cælesti cibo refectus, cum gratiis Deo agendis, obsecrandoque per Virginis Matris merita insisteret, vt se, quid ipsi placitum esset erudiret, eccetibi vox clara & manisesta allabitur, quæ ipsum religiosum in Societate sesu sieri, & id quamprimum suarum Consessionum præsidi aperire iuberet: quod Aloysius postea Matri, aliisque in religione narrauit.

Eodem anno ac die quo hæc Madriti fiebant cum Aloyfio, Romæ prima hostia consecrata est in summa ara noui templi à Iesu dicti, præsente Gregorio XIII. Pont. Max cum Patribus

purpuratis.

21. AVGVSTI.

Anno 1655. 21 Aug. Alexander VII.
Pont. concessit indulgentiam plenariam accipiendam vna aliqua feria
sexta singulis mensibus, & liberationem animæ è purgatorio, pro inscripris in album Bonæ Mortis, vr vocant
in templo Domus Professorum Romæ,

25. AVGVSTI.

Anno 1584. 25. August. Greg.XIII Pont. Max. condidit celebrem illam Bullam pro Societatis confirmatione, quæ incipit: Ascendente Domino.

SEAR

29. AVGVSTI.

Anno 1541. 29. Augusti 5 P. Ignatius hoc die mortui Ioannis Coduris animam in cælesti iuce ab Angelis in cælum ferri conspexit in Ponte Sixti, ve nunc pons ille appellatur.

3. SEPT.

Anno 1539. 3. Septemb. Paulus III. Pont. Max. porrectam sibi Tibure à S. P. Ignatio instituti Societatis sormulam, vbi legit & expendir, Digitus, inquit, Dei est bie. Adiecit; sperare se, hanc Societatem afflictæ Ecclesiæ sorte præsidio, & ornamento.

Anno 1565.3. Septemb. Congregationi Generali ab electo in Præpositum Generalem B. Borgia sinis impositus; posteaquam ille, præmissis consuetis precibus, & exhortatione, pedes omnium osculatus est & am-

plexus. Hamiltoning and oneA

6. SEPT. A SEPT. A SEPT.

Anno 1624. 6. Septemb. Vrbanus VIII. concessit, vt de Francisco Borgia, tanquam de Beato, possit officium recitari, & sacrum celebrari à nostris.

11. SEPT.

Anno 1625, tt. Sept. Vrbanus VIII. extendit indultum de officio, & missa. B Francisci Borgiæ Conf. non Pontif, ad omnes Sacerdotes tam sæculares, quam regulares.

15. SEPT.

Anno 1627 15. Sept. Vrbanus VIII: edito (quod etiam typis Cameræ Apostolicæ impressum est) indulto, dedit facultatem celebrandi missam, & recitandi.

BIBLIOTHEK PADERBORN Didaco Æuisai, è Societate Issv.

10. SEPT.

Anno 1565, 20. Septemb. data prima initia à B. Borgia, constituendæ Domus Probationis Romanæ S. Andreæ in monte Quirinali.

25. SEPT.

est. Dedicatio templi Domus Profes- ingressus est. forum Societatis Iefu Roma, à Issy appellata.

27. SEPT.

Anno 1540. 27. Sept. Paulus III. Farnesius Pont. Max. Societatis Iesu institutum, & nomen, authoritate Apostolicà confirmauit; & Societate verè esse Religionem declarauit.

Anno 1640. Romæ Antonius Card, Barberinus, Vrbano VIII. Pontif. Patruo suo id probante, primum confirmatæ Societatis seculum, in templo Domûs Profesforum Societatis Iesu, exquisito apparatu, ac magnifica liberalitate celebrauit : & pro ara S. P. Ignatij, vbi eius corpus conditum est, donauit pallium, quod frontale vulgo dicitur, è solido argento, quinque millibus scutorum æstimatum.

11 29. SEPT.

Anno 1587. dara est Societati bulla & facultas erigendi Congregationes, ac eas primariæ quæ in Collegio Romano est, aggregandi.

30. SEPT.

recitandi officium de tribus Martyri- 1537. Vicetiæ S. Xauerio ægro & vigili bus Paulo Michi, Ioanne de Goto, & se spectabilem præbuit ; prædizitque iltum hyeme proximâ Bononiæ laboraturum, & multa passurum, Sociorum verd alios Romam, alios Patauiu, Ferrariam, Senas concessuros, quæ omnia euentus confirmauir.

4. OCTOBRIS.

Anno 1604. 4. Octobris Don Vincentius Caraffa (postea Præpositus Generalis) vndeuigesimo ætatis anno Anno 1583. 25. Septemb. celebrata Neapoli tyrocinium Societatis Iesu

TI. OCTOBRIS.

Anno 1621, 11 Octobris Gregorius XV. Ludouisius Pont. Max. concessit (& id Cameræ Apostolicæ typis vulgatum est) vt de Beato Aloysio Gonzaga, Societatis Ielu Religiolo, ab omnibus eiuldem Societaris Sacerdoribus possit 21. Iunij officium & missa, tanquam de confessore non Pontifice celebrari. Item vt sacrum de eodem celebrare liceat omnibus Sacerdotibus co die in templis Societatis.

12. OCTOB.

Anno 1657. 12. Octob. Alexander VII. per Breue Apostolicum concessit indulgentiam plenariam pro ijs qui per octo dies obeunt exercitia S. P. Ignatij in aliquo domicilio Societatis.

13. OCTOB.

Anno 1537. 13. Octob. scripta est (quæ in Societatis archivo Romæ seruatur) sententia Vicarij Nuncij Apostolici Venetiis, pro innocentia Ignatij de Loyola; contra calumniatores. Vbi ait; Ignatium ab omnibus sufur-Festum S. Hieronymi ; qui anno ratis, friuolis, vanis, falsis per præsen-

AAaaa

Trig

in

ILI.

II.

2

71-

u.

le,

0-

fi-

0-

n-

-30

m-

IUS

or-

1133

15.

II.

ffa

rif,

es,

H

A-

le-

idi

res absolui, ac liberari; declarando, P. Ignatium fuisse & esse Sacerdotem bons ac Religiose vita, & sane doffrine, qui in Ciuitate Venetiarum doctrinam & bona exempla docuit.

15. OCTOB.

Festum S. Theresiæ Seraphicæ Virginis, quæ (vt ait Maurolicus Abbas in fine sui Oceani) Societatem Iesu, sub expanso Beatissimæ Virginis Matris pallio vidit. Hæc eadem (vt in vita P. Balth. Aluarez cap. 53. habet Ludouicus de Ponte) è cælo cuidam conspecta, dixit : Ego quoque sum filia Societatis: & habui in illa Confessarium, quam nunc in cælis agnofco, & veneror. Plura quæ de Societate adfert, omitto.

25. OCTOB.

Anno 1619. 25. Octobris Paulus V. Burghesius Pontif. Max. dedit Breue Apostolicum, & facultarem celebrandi officium ac millam de Francisco Xauerio, ve Beato Confessore non Pontifice.

28. OCTOB.

Anno 1510 28, Octob, nascitur B. Franciscus Borgia, & à Matre angeli nomine falutatur.

Anno 1567. 28. Octob. idem B. Borgia Præpositus Generalis in Domo Professorum Societatis Iesu, B. Stanislaum Kostka in eandem Societate recepit Romæ. In libro Nouitiorum ingredientium, de illo latine fic lego: Venit 28, Octobris 1567, attigit 18, annum. Habet votum ingrediendi Societatem, iam est sesquiannus, Vacauit literis per tres annos. 1. Gramma- dius Aquauiua Præpositus Generalis tica : 2. Humanitati : 3. Rhetorica, sacra S.P. N. Ignatij osla in Farnesia-Videtur habere bonum ingenium, nam Irsy Basilicam illaturus, in facri-

Nullum habuit impedimentum : & est indifferens ad omnia quæ Superiores illi iniunxerint, heet fit in ministerio rerum humilium, cum diuino auxilio. Hæcibiad verbum, quibus proprià manu nomen suum adiecit beatus Nouirius, sic:

Stanislaus Kostka.

I. NOVEMBRIS.

B. Aloysius Gonzaga in Collegio Romano hoc die de omnibus Sanctis in triclinio concionem habuit : quæ habetur impressa Placetiæ anno 1630. ad calcem vitæ illius pag. 306.

2. NOVEMB.

Anno 1585. 2. Nouembris B. Aloyfius Mantuæ abdicat se suo Marchionatu : & necdum licet ingressus tyrocinium, tamen induit vestem Societatis.

to. NOVEMB.

Anno 1549. to. Nouemb. moritur Paulus III. Farnesius Pontif. Opt. Max. qui Societatem confirmauit, & paterna semper in se ac suis beneuolentià fouit, magnum exemplum Domus Farnesiæ, in Societatem Romæ, Parmæ, Placentiæ, alibique beneficæ.

15. NOVEMB.

Anno 1615. 15. Nouembris P. Mutius Vitelleschus creatur Præpolitus Generalis Societatis Ielu.

19. NOVEMB.

Hoc die anni 1587. cum P. Clau-

stia, sociis spectanda proponeret; viderunt nonnulli è plurimis qui aderant Patribus, ossa illa velut aspersa stellis, communis ducati aurei magnitudinem æquantibus, & viuo quodam splendore micantibus.

20. NOVEMB.

Anno 1552. 20. Nouemb. S. Xauerius missæ sacrificium vltimum celebrauit, idque pro mortuo. Post sacru febri correptus, & 2. Decembris vita defunctus est.

25. NOVEMB.

Anno 1585. 25. Nouembris B. Aloyfius Gonzaga, Romæ ad S. Andreæ, Societatem Iesu ingressus est: & biennio post, è consuera votorum simplicium formula, vota nuncupauit in sacello Collegij Romani apud Iuniores quod etiamnum est in veneratione. vbi etiam visitur cubiculum in quo habitauit.

2. DECEMBRIS.

Anno 15,2, 2. Decembris in Xauerio castro Crucisixus sanguineo sudore manans conspectus est: & postea nunciatum, eodem die Xauerium in Indis obiisse.

Anno 1574. 2. Decemb. P. Ludouicus de Ponte Societatem ingreditur.

3. DECEMB.

Anno 1609.3. Decemb. Paulus V.

dat Societati Breue Apostolicum Beatificationis P. Ignatij Fundatoris.

4. DECEMB.

Dies S. Barbaræ V. M. Sacer. quæ Viennæ B. Stanislao apparuit cum ei Angeli diuinam Eucharistiam ministrarent; aliàs aliis quoque de Societate conspecta.

18. DECEMB.

Anno 1594. 18. Decemb. (vt habee Vincentius Puccinus in vita B. Magdalenæ de Pazzis pag. 2. cap. 12.) B. P. Ignatius, eidem Beatæ, Florentiæ spectabilis adfuit cum Beatissima Virgine, & S. Angelo Carmelita: ac, Deiparæ iussu, ei exhortationem fecit de humilitate.

21. DECEMB.

Anno 1649, 21. Decemb. P. Francifcus Piccolomineus Societatis vniuersæ Præpositus Generalis creatus est.

25. DECEMB.

Anno 1538. natali Christi nocte, S. P. Ignatius Romæ ad præsæpe, in S. MARIÆ Maioris Basilica, ad Niues dicta, primum sacrificium missæ Deo obtulit post præmissam plus quam vnius integrianni præparationem.

Ad maiorem Dei Deipare Virginis S. P. Ignatij, Xauerij, do SS. omnium gloriam.

AAaag

INDEX

80

0-

II-

10

us

cit

io

ıæ

0.

31

80

)-

)-

e,

1-